

Dat. die 1. Apr. 1625. An. II.

munitis eadem prorsus fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 21. Aprilis 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXXI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Inquisitori Portugalliae facultas conceditur ad quinquennium absolvendi Neophitos relapsos Provinciarum, & Insularum transmarinarum Regi Portugalliae subiectarum.

Ven. fratri Ferdinando Episcopo olim Pharaonen.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium.

Sedes Apostolica pia mater Sanctorum Apostolorum, qui pastoralis officii formam tradentes nascentis Ecclesiae infantiam lacte, provectam vero ejus aetatem solido cibo nutriverunt, verbo, & exemplo edocta Neophitorum omnium a suscepta Christi fide deviantium statui, & imbecillitati libenter compatitur, ac illos tamquam parvulos, & teneras dictae Ecclesiae plantas, pietatis, & benignitatis suae uberibus confovendo, nonnulla eis etiam post relapsum condonat, & remittit, quae in provectionibus merito essent acerbius corrigenda, & punienda.

Causa concedenda facultatis.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae, & Algarbiorum Rex Catholicus nobis nuper exponi fecit, quamplures Provinciarum, & Insularum transmarinarum pro tempore existentis Portugalliae, & Algarbiorum Regis temporali ditioni subiectarum Incola, & habitantes de gentilitatis, & Infidelitatis errorum tenebris ad veri luminis, qui est Christus, cognitionem noviter conversi, ac sacri Baptismatis lavacro abluti ex mutua inter se, ac etiam indiscreta eorum cum aliis gentilibus, & infidelibus conversatione, vel aliis humani generis antiqui hostis fraude a fide catholica deficiant, & quandoque ad eam reducti in pristinos gentilitatis, seu infidelitatis errores, ac etiam in alias a Sancta Ecclesia damnatas, & reprobatae haereses, atque superstitiones relabuntur; sed postmodum cognitio suis erroribus maxima contritionis signa nunquam amplius ab eisdem fidei sinceritate discedendi propositum praesentibus eidem sanctae matri Ecclesiae reconciliari summopere desiderant, & pro illorum salute plurimum expedit, ut sic poenitentes, benigne recipiantur, nec curiae seculari propter illorum relapsum iuxta juris rigorem debita animadversione puniendi relinquuntur, ac desperatio veniae eos ad pristinam perditionem faciat recidivos,

ipsique, ac alii gentiles, & infideles metu corporalis supplicii ab eorum futura ad Christi fidem conversione retrahantur.

Concessio facultatis, de qua in Rubrica.

§.2. Nos illius, qui misericors, & miserator existens non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, & vivat, vices gerentes in terris pro ea potestate, quam ab eo per filium suum habemus, juris rigorem mansuetudine temperando, noviter conversos praedictos, ne iacta in eis fidei praedictae semina arescant, aut diaboli malitia eradicentur, sed benignitatis dictae Sedis ratione aspersa coalescant, ac firmis radiibus stabilita incrementum suscipiant, & usque ad perfectionem perdurent, omni, qua possumus, clementia prosequi, & confovere volentes, piis ipsius Philippi Regis in hac parte supplicationibus inclinati, fraternitati tuae, cum tu haeretica pravitate in Regnis praedictis generalis inquisitor existas, ac pro tempore existenti in Regnis huiusmodi generali inquisitori, ut durante quinquennio a die, quo praesentes literae tibi fuerint praesentatae, computando, per te, vel alium, seu alios haeretica pravitate in eisdem Regnis, & Provinciis, & Insulis pro tempore deputatos inquisitores, adjunctis etiam locorum Ordinariis, vel illorum officialibus, seu vicariis in spiritualibus generalibus, aut illis recusantibus, seu negligentibus, etiam absque illis, omnes & quoscumque utriusque sexus Regnorum, Provinciarum, & Insularum huiusmodi neophitos ex gentilibus, & infidelibus originem ducentes, qui post Christi fidem per eos susceptam in crimen apostasiae ab ipsa fide, vel in damnatas, & reprobatae haereses, & errores, semel, & iterum, vel etiam tertio, non tamen ulterius relapsi fuerint, cognita in eis vera, & non ficta, ac simulata poenitentia, nec non apostasia a fide, & haeresibus, ac erroribus huiusmodi prius per eos publice, vel privatim, prout tibi, & pro tempore existentibus generali, seu aliis inquisitoribus praedictis videbitur, detestatis, abjuratis, & anathematizatis, a sententia excommunicationis, aliisque ecclesiasticis censuris, & poenis, quas propterea quomodolibet incurserunt, vel quae contra ipsos per sacra Constitutiones tam generales, quam particulares, quomodocumque statuta, ac alias promulgatae fuerint, iniuncta eisdem pro modo culpa aliqua poena arbitraria, vel alia poenitentia salutari, quam iis, qui secunda, & tertia vice relapsi fuerint, aggravari volumus, auctoritate nostra in utroque foro in forma Ecclesiae consueta absolvere, & liberare, atque ad eisdem Ecclesiae gremium recipere, & admittere, ac tam etiam traden. curiae seculari propter primum, secundum, tertiumque relapsum huiusmodi a jure statutum, quam etiam alias corporales, & capitales, ac confiscationis omnium bonorum, & ceteras quascumque talibus delinquentibus inflictas, & irrogatas poenas ipsis misericorditer remittere, & condonare libere, & licite possitis, & valeatis auctoritate apostolica tenore praesentium de

Derogatio Contractorum.

Dat. die 22. Aprilis 1625. An. II.

de speciali gratia indulgemus: tibi, ac generali, & aliis inquisitoribus praedictis plenam, & liberam desuper facultatem, auctoritatem, & potestatem ad dictum quinquennium dumtaxat duraturam tribuimus, & impartimus.

§.3. Non obstantibus praemissis, & apostolicis, ac in synodalibus, provincialibus, & generalibus Conciliis editis constitutionibus, & ordinationibus, nec non legibus etiam municipalibus, & imperialibus, ac Officii Inquisitionis Regnorum, Provinciarum, & Insularum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritan., & aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestate plenitudine, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, acsi de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inseriti forent, praesentibus praesentibus, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 22. Aprilis 1625. Pontificatus nostri Anno secundo.

Sequitur declaratio, quod quinquennium currere incipiat a die publicationis praerelatarum Literarum apostolicarum.

Ven. fratri Ferdinando Episcopo olim Pharaonen.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Recessurus praecedens litera.

Causa faciende declarationis.

§.1. Hodie a nobis emanant Literae fraternitati tuae directae tenoris subsecquentis videlicet, a tergo Ven. fr. &c. intus vero Sedes Apostolica &c.

§.2. Cum autem, sicut charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugalliae, & Algarbiorum Regis Catholici nomine nobis nuper expositum fuit ob periculosam, & longam navigationem ad Provincias, & insulas supra expressas verendum sit, ne antequam in illis praesententur literae publicentur, magna pars quinquennii in eisdem praesententur literis praefixa elabatur, & propterea dictus Philippus Rex cupiat, tempus dicti quinquennii non currere, nisi a praedictarum literarum in illis partibus publicatione; Et ideo nobis humiliter supplicari fecerit, ut super hoc opportuna declaratione providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ejusdem Philippi Regis votis, ac precibus annuentes, volumus, & harum serie declaramus, tempus dicti quinquennii a die publicationis faciendae in partibus tantum currere incipere. Non obstantibus omnibus illis, quae in eisdem praesententur literis volumus non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Declaratio, de qua in rubrica.

Dat. die, annoque eodem.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 22. Aprilis 1625. Pontificatus nostri anno secundo.

CXXII.

Quod Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini in Hispania, & Indiis, ad Doctoratus, seu Magisterii in sacra Theologia gradus promovendi, ab Examinatoribus in Capitulo Generali a Priore Generali deputandis examinentur, ut Magistratibus exemptionibus, & dignitate gaudere possint: Cum extensione Constitutionis Clementis VIII. qua sublata fuerunt vota ex gratia concessa in Capitulis Provincialibus in quibusdam Provinciis Hispaniarum, & Indiarum, ad omnes Provincias Italiae.

De numero, electione, & qualitatibus Magistrorum sacrae Theologiae in Provinciis Italicis eligendorum statutis Gregorius XIII. Const. CL. Dominicum. Tom. IV. Par. IV. fol. 33. Et de his Fratribus vi de Alexand. IV. Const. XXIX. Licet, Tom. III. fol. 373. Praeterea scias ordinationes Congregationis Siciliae approbasse Paul. V. Constit. CCLXVI. Exponi, Tom. V. Par. IV. fol. 222.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in sacra B. Petri Sede a Domino constitutus, ex iuncto sibi munere, religiosos viros, qui stratis huius seculi vanitatibus, divini muneris obsequiis sub suavi Religionis iugo sese manciparunt, praecipua benignitate complectens, in his, quae prospere, felicique eorum directioni conducunt, sedulo invigilat: quae vero in hoc impedimento esse dignoscuntur, pastoralis sollicitudine tollere procurat, prout conspexit in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Cum itaque (sicut accepimus) multi Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Provinciarum Hispaniarum, & Indiarum Religiosi doctrina, & meritis sufficientibus carentes, nimisque Doctoratus, seu Magisterii in sacra Theologia graduum in eisdem Provinciis consequendorum ambitione ducti, partim ad Universitates Studiorum generalium, in quibus ad gradus huiusmodi suscipiendos levissima sunt examina, studiose recurrant, partim vero ne huiusmodi quidem examina apud ullam Universitatem subeant, ac alii, etiam minus legitimis,

Causa ferendae Constitutionis.

tinis, & honestis rationibus ad eisdem gradus aditum sibi patefacere contendant, in non modicum Ordinis, & Provinciarum huiusmodi prajudicium.

§.2. Nos premissis, quantum Nobis ex alto conceditur, obviare, prosperoque Ordinis, & Provinciarum eorundem statui, & directioni providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris; Quod de cetero perpetuis futuris temporibus, nullis Ordinibus, & Provinciarum huiusmodi religiosus, etiam praxertu licentia a quibuscumque Superioribus obtentæ, in qualibet Studii Generalis Universitate ad hoc, ut inibi ad Doctoratus, seu Magisterii in sacra Theologia gradum promoveatur, presentari, aut gradum ipsum alias quoquomodo, ut suscipere debet, ad effectum ut Magistralibus exemptionibus, & dignitate, & ordine gaudere possit, suscipere valeat: nisi prius previo rigorofo examine ab Examinatoribus in partibus per dicti Ordinis Priorem Generalem in Capitulo Generali deputandis, faciendo, etiam per aliquos actus literarios, ac etiam in his, quæ à sacro Concilio Tridentino circa Prædicatores præcipiuntur, examinatus, & approbatus fuerit, apostolica auctoritate tenore presentium statuimus, & ordinamus.

§.3. Mandantes propterea eisdem Examinatoribus, ut præfertur, deputandis, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, necnon privationis vocis activæ, & passivæ, aliorumque officiorum per eos obtentorum ipso facto incurrendis penis, ne quempiam Ordinis, & Provinciarum huiusmodi religiosum doctrina, & meritis sufficientibus ad huiusmodi gradus suscipiendos non præditum quoquomodo approbent, vel admittant.

§.4. Et nihilominus quascumque huiusmodi approbationes, aut ad gradus admissiones contra presentium tenorem (quod absit) quandocumque, aut quomodocumque faciendas, nullas prorsus, & invalidas, nulliusque roboris, & momenti fore, & esse, ac nulli prorsus suffragari posse.

§.5. Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane, quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore presentium decernimus, & declaramus.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum huiusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eorundem Ordinis, & Provinciarum Religiosis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cū quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium

præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis, specifica, & expressa mentio habenda esset, eorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem ut presentium, transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 25. Aprilis 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Sequitur extensio Constitutionis Clem. VIII. qua sublata fuerant vota ex gratia concessa in Capitulis Provincialibus quarundam Provinciarum Hispaniæ, & Indiarum ad omnes Provincias Italiæ totiusque Ordinis.

URBANUS PAPA OCTAVUS Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Aliis per fel. rec. Clem. Papam VIII. Prædecessorem nostrum inter alia accepto, quod in Provinciis Bethica, Mexicana de Mechoacan, del Perú, del Quito novi Regni Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, aut aliquibus illarum permulti vocem in electi onibus ex gratia habuerant, ex quo propter magnum vocalium numerum in Capitulis provincialibus ut plurimum confusiones, & perturbationes oriri solebant; idem Clemens Prædecessor ad eas omnino tollendas, ut de cetero in perpetuum in quacumque dictarum Provinciarum nulli præter eos, quibus de jure juxta dicti Ordinis Constitutiones licebat, vocem in Capitulis provincialibus haberent, sed ii, quibus ex gratia concessa esset, voce activa omnino carerent, & ex tunc privati essent, & esse censerentur, prout ipse Clemens Prædecessor ex tunc illos, & eorum quemlibet privavit, apostolica auctoritate statuit, & ordinavit. Nuper vero Nos Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris statutum, & ordinationem huiusmodi ad Provincias Italiæ dicti Ordinis sub certis modo, & forma tunc expressis extendimus, & amplavimus, prout in ipsius Clementis, ac nostris desuper in simili forma Brevis expeditis Literis, quarum ten. presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.2. Nunc autem prospero, & felicique quarumcumque aliarum dicti Ordinis Provinciarum statui, & directioni in præmissis, quantum cum Domino possumus, obviam ire volentes, Motu, scientia, & deliberatione similibus statutum, & ordinationem per Clementem Prædecessorem huiusmodi facta,

Prohibetur quominus Magistri gradu, & exemptionibus fruatur, nisi prius ab Examinatoribus Ordinibus fuerint examinati.

Examinatoribus statuta pena, si minus idoneos approbaverint.

Approbationes, secus si fiat irritantur.

Clausula.

Obstantium derogatio.

Transumptis danda fides.

Dat. die 25. Aprilis 1625. An. II.

Clementis Li. teræ recentur.

Quæ ab Urbano fuerunt extensæ ad Provincias Italiæ.

Et nunc ad omnes Ordinis Provincias extenduntur.

ta, & per Nos extensa, & ampliata, ut præfertur, ad universas Provincias, & Congregationes totius Ordinis prædicti eadem auctoritate tenore presentium rursus perpetuo extendimus pariter, & ampliamus; illaque in universarum Provinciarum, & Congregationum huiusmodi Capitulis provincialibus locum habere, & sic ab omnibus censeri.

§.3. Atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & ten. presentibus decernimus, & declaramus.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & singularum illius Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, aliisque omnibus, & singulis, quæ in dictis Literis concessa sunt, non obstante. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis habent, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Septembris 1628. Pontificatus nostri Anno VI.

CXXIII, Nannetensi Episcopo committitur cura Monialium Reformatarum Ordinis S. Benedicti in Gallis.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

§.1. Aliis siquidem a fe. re: Gregorio Papa XV. Prædecessore nostro emanarunt Literæ tenoris subsequens videlicet. Gregorius Papa XV. Ad perpetuam rei memoriam. Ad militantis Ecclesiæ regimen, & c. omittitur tenor istius Constitutionis, quia jam reperitur in suo ordine sub Dat. 22. Martii 1621. Anno I. Et subinde pro parte dicti Ludovici Regis eidem Gregorio Prædecessori exposito, quod dictus Joannes Archiepiscopus non ita pridem ab humanis decesserat, dictus Gregorius Prædecessor supplicationibus ejusdem Ludovici Regis nomine sibi humiliter porrectis inclinatus per alias suas in simili forma Brevis sub die 18. Julii 1622, expeditas Literas bo: me: Sebastianum Episcopum Aduren, in locum dicti Joannis Archiepiscopi Senonen, in, & quoad præmissa apostolica auctoritate substituit, & subrogavit: quodque deinde perpetuis futuris temporibus uno ex tribus prædictis obvenire, reliqui duo, aut unus ex eis aliam personam ecclesiasticam pietate, doctrina, & vitæ sanctimonia præstantem nominare, distaque tres personæ sic pro tempore nominatæ Visitatorem Monasteriorum Monialium huiusmodi eligere, ac ipsa Monasteria, illorumque Abbatisas, & Moniales pro tempore existentes, eorumque omnia bona mobilia, & immobilia cujuscumque generis, speciei, valoris, naturæ, quantitatis, & qualitatis existen., regere, & administrare possent, & deberent, statuit, atque decrevit, & aliis, prout in ultimodictis Literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.2. Cum autem, sicut dictus Ludovicus Rex Nobis nuper exponi fecit, Henricus Cardinalis, & Sebastianus Episcopus prædicti postmodum sicut Domino placuit, ab humanis decesserint, electo tamen, & subrogato per eundem Sebastianum Episcopum in vim præinsertarum Literarum in, & quoad præmissa Ven: fratre Philippo Episcopo Nannetensi, Superiori vero Monachorum Reformatarum huiusmodi multiplicibus, gravissimisque subditorum suorum negotiis admodum implicatus, monialium directioni, atque regimini vacare nequeat; Nos felici monialium prædictarum statui, atque gubernio, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere volentes, supplicationibus etiam dicti Ludovici Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Superiorem Monachorum Reformatarum prædictarum a regimine, & gubernio, & quacumque alia eorundem Monialium Jurisdictione, dicta auctoritate tenore presentium abolvimus, & liberamus: dictoque Philippo Episcopo, ut in locum dicti Monachorum Superioris in, & quoad præmissa, personam modo, & forma præmissis qualificatam, quæ una cum eodem Philippo Episcopo tertiam personam juxta præinsertarum Literarum huiusmodi formam, & tenorem eligat, eligere libere, & licite possit, & valeat, auctoritate, & tenore presentibus concedimus, & indulgemus.

§.3. Præterea statuimus, atque ordinamus, ut in eventum obitus trium personarum prædictarum, pro tempore existentium nostræ, & Sedis Apostolicæ in Regno Franciæ Nun-

Clausula.

Derogatio contrariis.

Transumptis danda fides.

Dat. die 14. Septembris 1628.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Exordium.

Recenset Gregorius XV. Literas quibus Monialium huiusmodi cura Archiepiscopo Senonen, & aliis Ecclesiasticis commiserat. Aliasque quibus demortuo Archiepiscopo Adurensem Episcopum suffecerat. Et etiam desuncto Urbano Episcopo Nannetensi, datus ei facultate duos alios Ecclesiasticos sibi in socios assumendi.

Eveniente autem eorum obitu tres alios a Nuncio Apostolico eligi mandat.

Nuncius duas hujusmodi personas, quae deinde tertiam eligant, ut praefertur, qualificatas, & qualificatam pariter eligat, servata in reliquis in omnibus, & per omnia praedictarum Gregorii Praedecessoris Litterarum forma, & tenore.

Clausa.

§.4. Decernentes, praesentes Litteras semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obstantibus praemissis, ac omnibus illis, quae in Litteris hujusmodi concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 17. Maii 1625. An. II.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 17. Maii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXXIV.

Ex Reg. in Secre. Breve

Statuit Presbyteros Congregationis Sancti Joannis Dei non posse Missarum elemosynam percipere, nec ad Praelaturas promoveri, praeviusque tantum Examinatorum Litteris testimonialibus ad Sacros Ordines esse promovendos.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Circumspecta Romani Pontificis providentia, ea interdum, quae a Sede Apostolica concessa, & sancita sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, praesertim cum felici personarum sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium, statui, regularisque observantiae incremento opportune consulitur, atque inconvenientibus obviam itur, alterat, & immutat, in hisque sollicitudinis, & providentiae suae studium favorabiliter interponit, prout conspicit in Domino salubriter expedire.

In quodam Capitulo concessum fuerat Presbyteris in dultum Missae elemosynam his in hebdomada percipiendi.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius Cosmus Garzia Fratrum Congregationis Joannis Dei sub Regula Sancti Augustini in Regnis Hispaniarum Procurator Nobis nuper exponi fecit, in quodam ejusdem Congregationis Capitulo ordinatum fuerit, ut quilibet ejusdem Congregationis Sacerdos duas Missas ad sui libitum singulis hebdomadis celebrare, elemosynamque sibi propterea datam percipere, & de ea in suos usus disponere valeat, ordinatio autem praedicta non parum eidem Congregationi obesse dignoscatur. Nobis propterea dictus Cosmus eorumdem Fratrum nomine humiliter supplicari fecit, ut super praemissis, & aliis prospero ipsius Congregationis regimini providere de benignitate apostolica dignaremur.

Quod cum toti Congregationi noxiu sit;

§.2. Nos igitur piis Cosmi, & Fratrum praedictorum votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; ordinationem praedictam, ac prout illam concernunt, omnia, & singula in scripturis desuper confectis contenta, apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque, & effectu prorsus evacuamus.

Urbanus irritat.

Formamque praescribit in ordinationibus hujusmodi Presbyterorum servandam.

§.3. Insuper volumus, ac auctoritate, & tenore praedictis statuimus, quod ejusdem Congregationis Sacerdotes Praelaturas in dicta Congregatione nullo modo obtinere possint, & illi duo pro qualibet regulari domo ex fructibus dictae Congregationis, qui pro Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione ad Sacros etiam Presbyteratus ordines vigore Litterarum felici recordationis Pauli Papae V. Praedecessoris nostri desuper emanatarum promovendi sunt, ad eosdem ordines de cetero promoveri nullatenus valeant, nisi prius decem annos professionis in eadem Congregatione peregerint, & ab examinativis Synodalibus non solum ad Ordines praedictos, verum etiam ad sacras confessiones audiendas examinati, & idonei reperti fuerint, & necessarias super hoc patentes Litteras ab eisdem Examinativis obtinuerint.

§.4. Decernentes, praesentes Litteras, ac omnia, & singula in eis contenta valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter observari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausa ap. ponit.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis eidem Congregationi, illiusque Superioribus, & Fratribus, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Obstancia tollit.

Datum

Dat. die 24. Maii 1625. An. II.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 24. Maii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXXV.

Confirmatio Statutorum Militiae Christianae sub titulo Conceptionis B. Mariae Virginis instituta.

Instituit hanc Militiam isemet Pontifex Constit. quae incipit Imperferutabilis num. XXXVI. pag. 191. Militibus Indultum concessit obtinendis Peniones num. XXXVII. pag. 194. Vide etiam Constit. LXXXIX.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Recentet institutam a se hanc militiam.

§.1. Alias supplicationibus dilectorum filiorum nobilium virorum Ferdinandi Mantuae, & Caroli Niverneni. Ducum, & Adolphi Comitum ab Althan Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, unam Militiam Christianam nuncupandam sub titulo Conceptionis B. Mariae Virginis Immaculate, ac sub Regula Sancti Francisci, necnon sub protectione SS. Michaelis Archangeli, & Basilii pro uno Magistro, qui Magnus nuncupetur, ipsius Militiae Caput, & Superior existat, necnon Militum, ac Ministrorum numero eidem Magistro benefico, apostolica auctoritate sine cuiusquam praedicio perpetuo ereximus, & institimus; Eisdemque Magistro, & Capitulo generali dictae Militiae, ut quascumque constitutiones, statuta, ordinationes, capitula, & stabimenta ad prosperam dictae Militiae directionem facientia, licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, Conciliique Tridentini decretis minime contraria, ab hac tamen sancta Sede approbata, condere, illaque pro rerum, & temporum qualitate, & varietate alterare, revocare, mutare, moderari, corrigere, & alia de novo condere libere, & licite possent, & valerent, dicta auctoritate concessimus, & indulgimus; & aliis prout in nostris desuper sub plumbo expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Datumque M. Magistro facultatem Statuta condendi.

Que confirmat.

§.2. Cum autem, sicut dictus Carolus Dux Nobis nuper exponi fecit, nonnulla pro felici ejusdem Militiae statu, atque gubernio Statuta nuper condita fuerint, illaque pro inviolabili eorum observatione apostolica nostrae confirmationis robore communiti plurimum desideret. Nos piis dicti Caroli votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existit, ad

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Statuta praedicta, dummodo tamen licita, & honesta, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint respective, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, neque debite Nobis, & Sanctae R. E. obedientiae, & fidelitati advenferentur, dicta auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuae, & inviolabilis apostolice firmitatis robur adiciimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint in eisdem, supplemus.

Clausa.

§.3. Decernentes eadem Statuta ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstancia derogatio.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 24. Maii 1625. An. II.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 24. Maii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXXVI.

Confirmatio Decreti Sacrae Congregationis Concilii Tridentini de obedientia pro PP. Ordinis Cappuccinorum Provinciae Flandriae, qui ad sacros Ordines promoventur, Episcopis a Provinciali non praestanda.

Ex Reg. in Secre. Breve.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Nominis dilecti filii Ministri Provincialis Provinciae Flandriae Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Nobis nuper expositum fuit, quod aliis a Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini Interpretibus emanavit Decretum tenoris subsequens, videlicet:

Referre Congregat. Concilii Decretum.

Illustrissimi, & Reverendissimi Domini. Provincialis Cappuccinorum Provinciae Flandriae referat, aliquos Episcopos praetendere, ut in Litteris, quibus ipse suos Fratres ordinandos transmittit, exhibeat reverentiam, & obedientiam Episcopis, & amplius praestet juridicam sive iurisdictionem subministrandi vicium, & vestitum iis, quos apostatari, aut alias a Religione dimitti contingeret. Quae cum nova sint, & inaudita, ne quod Religioni praedictae inferatur, supplicat, ut declaretur, an ipse possit ad hoc compelli, nec ne? Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, Provinciale Cappuccinorum

T t

in

Illudque confirmat.

in Literis dimissoriis, quas suis Fratribus concecit ad Ordines suscipiendos, nequaquam cogi posse ab Episcopis ad reverentiam, & obedientiam illis exhibendam, aut ad hujusmodi fidei iuramentum praestandum, neque ullum pium Antistitem debere, aut tanta conscientia posse ab eorumdem Fratrum ordinationibus hoc solo praetextu abstinere, quod ea formula exhibendi Episcopo reverentiam, & obedientiam servata, vel fidei iuramentum praestatum non fuerit.

Cosmus Cardinalis de Torres.

Loco * Sigilli.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Minister Provincialis praedictus plurimum copiat Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observantia, apostolica confirmationis patrocinio communitari; Ideo Nobis humiliter supplicari fecit, ut ejus votis hujusmodi annuere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur Ministrum Provinciale praedictum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum praesertim hujusmodi, apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolica firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; ipsumque Decretum, ac omnia, & singula in eo contenta ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari; Sicut per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Contraria tollit.

Dat. die 28. Maii 1625. An. II.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis privilegiis, gratis, & indultis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 28. Maii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Declarat facultates absolventi ab haeresi, & casibus Sedi Apostolicae reservatis, & in Bulla Coenae Domini particularibus Personis, ultra montes per S. S., seu Sanctum Officium concessas non comprehendendi sub generali suspensione occasionis Anni Sancti.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Cum Nos nuper occasione tunc instantis Anni Jubilaei omnes, & singulas facultates, & indulta absolventi ab haeresi, & casibus Sedi Apostolicae reservatis etiam in Literis die Coenae Domini legi solitis contentis quibusvis personis particularibus tam singulariter, quam universaliter per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam Nos, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut alias quomodocumque, & ex quibusvis causis, & occasionibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessa, apostolica auctoritate suspendimus, & suspensa esse declaraverimus, casque, & ea eodem anno durante nulli prodesse, aut suffragari debere decreverimus, prout in nostris desuper sub plumbis expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Occasione Jubilaei Pontificis facultates omnes absolventi a casibus S. S. Apost. reservatis concessas suspendit.

§.2. Cum autem, sicut accepimus, a nonnullis in dubium revocetur, an facultates absolventi ab haeresi, & casibus hujusmodi sive a Nobis, sive a Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus adversus haereticam pravitatem in universa Republica Christiana Inquisitoribus generalibus per nostras in simili forma Brevis, sive eorum patentes Literas respective particularibus personis ultra montes degentibus concessa in Literis praedictis comprehendantur.

Dubium inde excitatum est, an suspensio quoque fuerint similes facultates ultra montes concessae.

§.3. Nos omnem in praemissis dubitandi occasionem e medio tollere, simulque cunctorum Christianissimorum animarum saluti juxta creditum Nobis desuper apostolicae servitutis officium, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, facultates quascumque absolventi ab haeresi, & a casibus Sedi Apostolicae, & in Bulla Coenae Domini praedicta reservatis, sive a Nobis, sive a Cardinalibus praedictis per eorum patentes Literas hujusmodi particularibus personis ultra montes degentibus concessas, in literis suspensionis praedictis minime comprehendendi, neque comprehensas fuisse, seu esse, apostolica auctoritate, tenore praesentium declaramus, ita ut facultates absolventi hujusmodi eisdem particularibus personis concessae, & illarum vigore factae, & facien-

Declarat non esse suspensas.

Contraria tollit.

Et transumptis credi jubet.

Dat. die 29. Maii 1625. An. II.

facienda, ab haeresi, & casibus hujusmodi absoluciones valeant, suumque effectum fortiantur, & quibus illa, servatis servandis, concessae fuerint, suffragentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si Literae praedictae a Nobis nullatenus emanassent.

§.4. Non obstantibus, quatenus opus sit, Literis praedictis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra habeatur, quae praesentibus ipsis haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 29. Maii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXXVIII.

Confirmatio Literarum Pauli Papae Quinti quibus Communitati Aconitanae duae tertiae partes pecuniarum ex maleficiis, multisque provenientium conceduntur.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Refert Eiusdem Pauli V.

Quibus Communitati Aconitanae duae tertiae partes pecuniarum &c. concessae fuerunt.

§.1. Aliis a fel. rec. Paulo Papa Quinto Praedecessore nostro emanarunt literae tenoris sublequentis, videlicet: a tergo: Dilectis filiis Antianis, & Hominiibus Civitatis nostrae Aconitanae: intus vero: Paulus Papa Quintus: Dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem. Meritis, & supplicationibus vestris adductis, votis, & petitionibus vestris, quantum cum Domino possumus, benigne satisfacere curamus. Nuper Nobis expositum fuit pro parte vestra, quod alias fel. rec. Sixtus Papa Quintus Praedecessor noster, exposito sibi pro parte vestra, quod, cum duae tertiae partes pecuniarum ex maleficiis nostrae Civitatis Aconitanae provenientes ex titulo, & causa onerosis jamdudum a Sede Apostolica vobis, & Communitati vestrae concessae fuerint, ex vigore concessionis hujusmodi cum plena illarum possessione, quibusvis reservationibus apostolicis in contrarium editis, & praesertim fel. rec. Pii Papae Quarti Praedecessoris nostri sub dat. 1561. Nonis Decembris, Pontificatus sui Anno II. non obstantibus, permanseritis: quinimo tam dictus Pius, quam etiam bona memoriae Gregorius Papa XIII. etiam Praedecessor noster voluntatem san. mem. Pii Papae Quinti similiter Praedecessoris nostri insequendo, post statutorum, ac privilegiorum confirmationem, ac roboris adjectionem duas tertiae partes praedictas ad vos, & Communitatem vestram spectare, & legitime pertinere voluerint, illasque vobis, & Communitati hujusmodi applicaverint, & appropriaverint, & super illarum libera perceptione ab aliquo minime impediri, aut a vobis, & Communitate vestra hujusmodi quovis praetextu, occasione, vel causa auferri, seu illas, & illa minui, aut alterari nullatenus debere mandaverint; nihilominus Vos, Communitasque vestra, & homines praedicti in perceptione, & exactione integrorum suarum partium ex dictis maleficiis provenientibus per Gubernatores, seu Locatenentes, seu alios Officiales, & Ministros pro tempore in dicta nostra Civitate existentes sub diversis praetextibus, etiam reparationis Palatii, defraudati, impediti, & gravati respective fuitis: ipse Sixtus Praedecessor vestris tunc supplicationibus inclinatus per suas in simili forma Brevis Literas die decima Augusti 1585. Pontificatus sui Anno Primo datas, Vos ad maleficiorum, & delictorum omnium in ipsa Civitate Aconitana commissorum, & committendorum plenariam notitiam habendam per vestri Sindici interventum dumtaxat perpetuo admittit: & propterea dictae Civitatis Gubernatori, Locumtenenti, Auditoribus, & aliis Officialibus pro tempore ad criminalia deputatis, quocumque nomine appellentur, & quacumque fungerentur auctoritate, mandavit, ut omnes descriptiones, seu Inventaria ratione, vel causa quorumvis maleficiorum, delictorum, & criminum deinceps conficienda, ac quacumque occasione praemissorum, fieri voluit cum praesentia, & interventu Sindici praedicti, vel alterius a Vobis deputandi facerent, ac fieri mandarent, ac cum omnibus, & singulis supplicationibus, & precibus pro causis criminalibus sequendis, necnon Decretis, absolucionibus, & processuum cassationibus, cancellationibus, abolitionibus, compositionibus, & solutionibus faciendis hujusmodi iudicium pro tempore existentem interesse, ac de illis notam sumere, dictas duas tertiae partes percipere, & levare libere, & sine aliqua diminutione linerent, & permitterent, aliasque prout latius in eisdem Literis continetur. Quodque deinde, cum idem Sixtus Praedecessor postmodum per suas sub dat. Idibus Martii Pontificatus sui Anno Quarto expeditas Literas poenas pecuniarum, multas, & confiscationes omnium, seu cujuscumque partis bonorum infligat, & infligen., cujusvis criminis, excessus, maleficii, & delicti, vel quasi per quoscumque Praesides, Rectores, Gubernatores, & alios quoscumque officiales, & Judices, qui in quibusvis Civitatibus, Castris, Terris, & locis ecclesiasticae ditioni subiectis, jurisdictionem quomodolibet exercerent, Camerae nostrae Apostolicae applicasset, & appropriasset, voluissetque, ut quacumque Communitates, Universitates, Collegia, & personae etiam ecclesiasticae quavis dignitate fungentes, quae poenas, confiscationes, & multas hujusmodi, seu illarum portionem aliquam ad se quovis titulo, & causa, etiam onerosa, & quantumvis iustissima spectare praetenderent, intra duos tunc proximos menses, seu super praemissis Jura, & privilegia in Camera Apostolica exhibere, &

deducere, & allegare tenerentur, ac alias prout in predictis Literis latius continetur. Vos vigore primodictarum Sixti V. & aliarum Pauli III. confirmatoriarum reintegracionis, honorum, officiorum, & aliorum Jurium Vobis facta sub dat. 10. Kal. Martii Pontificatus sui Anno sexto, necnon etiam Pii IV. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum sub dat. 26. Januarii Pontificatus sui Anno Quarto, per quas poenas, multas, & confiscaciones predictas Vobis ex titulo oneroso dudum fuisse, & esse applicatas declarabatur, Literarum juridice, & legitime in Camera nostra Apostolica docuissis, duas tertias poenarum, & maleficiorum hujusmodi partes Vobis ex titulo vere oneroso competiisse, & competere, & eodem titulo a Romanis Pontificibus dudum concessas fuisse, & esse, & propterea in eadem Camera decretum confirmatorium concessionis, & applicationis poenarum hujusmodi obtinuisse, prout latius pariter in patentibus Literis beati Henrici Presbyteri Cardinalis Caetani tunc existentis S. R. E. Camerarii desuper confectis continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, firmiora sint ea, que sæpius Apostolica Sedis patrocinio mununtur, & propterea cupiatis præmissa omnia, que per se: Gregorium XIV., & Clementem VIII. Prædecessores nostros confirmata fuerunt, ut firmiora perpetuo subsistant, a Nobis quoque confirmari; & ideo Nobis humiliter supplicari fecistis, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur vos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & vestrum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequentium harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati predictas Sixti V. ac Henrici Cardinalis tunc Camerarii, necnon Gregorii, & Clementis Prædecessorum predictorum Literas, quarum tenores presentibus, ac si de verbo ad verbum infererentur, pro sufficienter expressis haberi volumus; quatenus tamen in pacifica possessione exigendi dictas duas tertias partes pecuniarum ex maleficiis provenientium modo, & forma præmissis Communitas vestra existat, auctoritate apostolica, tenore presentium perpetuo confirmamus, & approbamus, eisque nostre, & apostolicæ auctoritatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos, etiam substantialia defectus, si qui intevenerint in eisdem, supplemus. Mandantes propterea dilecto filio nostro Petro tituli Sanctorum Joannis, & Pauli Presbytero Cardinali Adobrandino nuncupato moderno, & pro tempore existenti ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, necnon dictæ Camera Thesaurario, Præsentibus, & aliis Ministris, ut predictas, hasque nostras Literas in-

violare, & ab omnibus, ad quos spectat, observari faciant, vosque dictis duabus tertiis partibus poenarum, multarum, confiscationum, & aliorum occasione maleficiorum, que in ista Civitate Anconitan., ejusque Comitatu committuntur, provenientia in perpetuum, juxta Literarum predictarum tenorem libere frui, & gaudere, & a vobis exigi, percipi, & levari, nec vos super præmissis ullo unquam tempore molestari, perturbari, aut inquietari faciant, sed vobis potius omne auxilium, & favorem prompte exhibeant, & præsent. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, atque his omnibus, que in predictis Literis concessum est non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die 26. Augusti 1625. Pontificatus nostri Anno I.

§.2. Cum autem, sicut Antiani, & homines predicti Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi subinde Literas predictas a re: me: Gregorio Papa XV. etiam Prædecessore nostro per ejus in simili forma Brevis expeditas Literas sub certis modo, & forma tunc expressis approbati, & confirmari obtinuerit, ea vero, que Sedis Apostolicæ munimine sæpius roborantur, firmius subsistant, & ab omnibus exactius observari soleant, cupiantque propterea easdem Literas nostras quoque confirmationis patrocinio roborari.

§.3. Nos eorundem Antianorum, & hominum votis hujusmodi annuere, illosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præsertim Literas hujusmodi, ac in eis contenta quæcumque, apostolica auctoritate tenore presentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus.

§.4. Decernentes, easdem Literas, & in eis contenta hujusmodi perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Communitati, & hominibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque per quoscumque Judices, ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & designari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scien-

Communitas hujusmodi Literas perit ab Urbano confirmari.

Confirmatio Pontificis.

Clausula.

scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus omnibus illis, que in eisdem Literis concessa sunt, non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 3. Junii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Obstantium derogatio.

Dar. die 3. Junii 1625. An. II.

CXXXIX.

Beatificatio V. Servi Dei Andreæ de Avellino Clericorum Congregationis Regularium Theatinorum, cum concessione Clericis dictæ Congregationis ubique existentibus, quotannis in die illius obitus Missam, & Officium de Comuni Confessoris non Pontificis celebrandi.

Hujusmodi indultum celebrandi Missam, & Officium istis Clericis concessum extendit ad Civitatem Neapolim, qua in novum Patronum d. Beatum recepit, ejusque Reliquiis, ac statua locum in Cappella Theauri Ecclesiæ d. Civitatis debere statuit Sacra Rituum Congregatio, qua etiam Indultum prædictum extendit, prout in ipsius Congregationis Decretis videri poterit.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium:

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, a Deo constituti, piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in servis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

S. Congreg. Rituum decernit deventi posse ad Canonizationem S. D. de Avellino.

§.1. Cum itaque, sicut pro parte dilectorum filiorum Præpositi Generalis, & Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum nuncupatorum Nobis nuper expositum fuit, Venerabiles Fratres S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpositi causam Servi Dei Andreæ Avellini eorundem Clericorum Regularium a tribus Rotæ Auditoribus, ac deinde de mandato nostro ab eisdem Cardinalibus, referente dilecto filio nostro Carolo Emanuele S. Mariæ in Via Lata Diacono Cardinale Pio nuncupato, discussam, cum utrobique de validitate processuum, de sanctitate vite, ac de miraculis, tam in vita, quam in morte sufficienter constare pronuntiatum fuisset, in tali statu censuerint habendam, ut ad solemnem ipsius Servi Dei Canonizationem quandocumque deveniri possit: Præpositus vero, & Clerici predicti pro eo, quem erga eundem Servum Dei Andreæ Avellini gerunt devotionis affectum, illum Beatum nuncupari, Officiumque, & Missam de eo, donec ad illius Canonizationem deveniatur, recitari posse humiliter desiderent.

Urbanus eum nuncupari posse.

§.2. Nos piis Præpositi, & Clericorum predictorum votis, quantum cum Domino possumus annuere, illosque specialibus

favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorundem Cardinalium consilio, ut idem Dei Servus Andreas Avellinus Beatus nuncupari, deque eo ab omnibus Clericis Regularibus hujusmodi ubique existentibus Officium, & Missa de Comuni Confessoris non Pontificis ipsa die ejus obitus celebrari, ac recitari libere, & licite possit, & valeat, apostolica auctoritate tenore presentium, licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Et Indultum, de quo in Rubrica committitur.

Obstantia tollit.

Transumptive eidem addit.

Dar. die 10. Junii 1625. An. II.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, & personæ in dignitate ecclesiastica constituta sigillo munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, que presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 10. Junii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXXX.

Jubilæum pro omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus in Civitate, & Diocesi Parisien commorantibus, anno 1626.

Ex Regest. in Secret. brev.

URBANUS PAPA VIII.

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & apostolicam benedictionem.

Salvator noster Dominus Jesus Christus Dei filius, cujus licet immeriti vices in terris gerimus, ad hoc nobis ligandi, & solvendi potestatem tradere voluit, ut saluti ejus gregis nostre cure divinitus committi paterno affectu, ac sollicito studio incumbamus.

Proemium.

§.1. Hinc est, quod nos attendentes, quamplures Civitatis Parisien. in Regho Arancie, atque terrarum, villarum, & locorum Diocesis Parisien. personas ob diversa impedimenta, præsertim continuorum bellorum, que hæcenus in dicto Regno gesta sunt, seu alias detentas ad hanc almam Urbem nostram pro celestibus indulgentiarum presentis anni Jubilæi donis, ac spiritualibus thesauris consequendis non accessisse, nec minus accedere potuisse, neque posse.

Grassante bello cum Parisien. Romæ accedere nequeverint.

§.2. Et propterea ipsarum, & aliorum quorumcumque etiam fidelium animarum saluti prospicere volentes, precibus charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum

Pontifex in jura hic peragendus an. no 1626. Jubilæi Indulgentias erigit.

rum Regis Christianissimi nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus praedictae Civitatis Parisiensis, & illius Dioecesis terrarum, villarum, & locorum conviciniorum hujusmodi incolis, & habitatoribus, ac eo pro tempore accedentibus, vere poenitentibus, & confessis, ac sanctissimo Eucharistiae Sacramento refectis an. proximo futuro 1626. unam seu plures Ecclesias, seu Ecclesiam per venerabilem fratrem Archiepiscopum Parisiensem deputandam, seu deputandas per quindecim dies continuos, vel interpollatos, quos pro Dioecesis pauperibus, infirmis, senibus, praegnantibus, virginibus, viduis, & aliis quovis alio legitimo impedimento detentis, ac capitulis, congregationibus tam secularium, quam regularium, sodalitatibus, universitatibus, confraternitatibus Ecclesiam, seu Ecclesias hujusmodi visitantibus, atque etiam ob alias causas, prout dicto Archiepiscopo videbitur, ad minorem numerum arbitrio suo reduci, & alibi etiam tam in dicta civitate, quam in quibusvis ejusdem Dioecesis terris, castris, villis, & locis, unam, vel plures Ecclesias visitando, prout animarum salutem noverit expedire dicto arbitrio deputari posse volumus; devote, & reverenter visitando, & ibi quinquies orationem dominicam, & toties salutationem Angelicam pro peccatorum suorum remissione, ac pro pace inter Principes Christianos conservanda, & haereticum extirpatione, sanctaeque Romae Ecclesiae exaltatione pie ad Deum orando Plenariam ejusdem anni Jubilaei omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem consequantur, perinde ac si dicto Jubilaei anno quatuor Ecclesias dictae almae Urbis pro consequendo Jubilaeo hujusmodi deputatas statutis ad id diebus personaliter visitassent, & alia ad hoc requisita adimplevissent.

Dat. Confessio- rum facultatem absol- vendi a capi- bus Sedi Ap- reservatis.

Hujusmodi Jubilaeum ad eos etiam extendit qui Romam anno Sancto venerunt.

Archiepisco- po facultatem

§. 3. Et ad effectum hujusmodi illis, ut confessores, quos idem Archiepiscopus Jubilaei hujusmodi causa in statutis ecclesiis nominatim delegerit, sibi eligere valeant Presbyteros seculares, vel cujusvis Ordinis regulares, qui confessionibus eorum diligenter auditis eos, & eorum quemlibet a quibusvis peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, & quantumcumque gravibus, & enormibus etiam Sedi Apostolicae reservatis, ac literis, quae in die Coenae Domini legi consueverunt, contentis, ac censuris, & poenis ecclesiasticis ad effectum ipsius Jubilaei consequen. tantum, inuncta eis poenitentia salutari absolvi possint.

§. 4. Nec non ut illi, qui Romam venerunt, & alibi etiam Jubilaeum ipsum quovis modo consequuti sunt, denuo etiam illud juxta tenorem praesentium consequi valeant, auctoritate apostolica, harum serie concedimus, & indulgemus.

§. 5. Praeterea ipsi Archiepiscopo, ut cujusvis Ordinis monialibus, & orphanis, alia-

rumque mulierum in communi viventium congregationibus ad Jubilaeum intra monasteria, domosve suas consequendum conditiones, modum, & tempus praescribendum, & denique in praemissis omnibus, & singulis arbitrio suo facere, ordinare, & providere, ac quaecumque sibi visa remedia opportuna adhibere possit, prout animarum salutem expedire judicaverit, facultatem tribuimus: Praesentibus ad tres menses a die publicationis praesentium inchoandum dumtaxat valituris.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris Die 13. Junii 1625. Pontificatus nostri anno II.

CXXXI.

Irritatio Decretorum per nonnullos Judices Regni Portugalliae contra libertatem, & immunitatem ecclesiasticam, ac Collectoris, ejusque officialium Jurisdictionem, latorum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. AD audientiam Apostolatus nostri, non sine justo, & gravi cordis nostri dolore, pervenit, quod procedente nuper in diversis Causis Ecclesiasticis in Civitate Ulixbonen. pro sui muneris auctoritate, dilecto filio Magistro Joanne Baptista Palotto in utraque signatura nostra Referendario, Jurium, & spoliolum Camera Apostolicae debitorum in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Collectore generali, seu ejus Auditore, & Judice delegato; cum pars altera ad Judices seculares temere recursum habuisset, Judices hujusmodi, & postmodum alii pariter seculares non solum contra Auditorem praedictum, sed etiam contra eundem Joannem Baptistam Collectorem, occasione dictarum causarum, suis injustis, & invalidis decretis, ac mandatis contra immunitatem, & libertatem ecclesiasticam attentatis, jurisdictionem pariter ecclesiasticam, & Sanctae Sedis Apostolicae Officialium violando, impediendo, & perturbando procedere praesumpserunt, & ad quaedam eidem ecclesiasticae libertati, & immunitati, ac ipsius Joannis Baptistae Collectoris auctoritati maxime adversantia venerunt: per quae inter alia decreverunt, ut dictus Auditor caperetur, & Regnis praedictis expelleretur, ipsiusque bona, etiam temporalitates sequestrarentur, unde in vim eorumdem Decretorum, seu alicuius eorum Satellites domum ipsius Joannis Baptistae Collectoris, illius salutaribus monitis temere contemptis, ingressi sunt, sententias excommunicationis, & alias ecclesiasticas censuras, & poenas gravi cum scandalo totius Civitatis, ac Divinae Majestatis offensa graviore incurrendo.

Dat. Monialibus, aliisque consulendi.

Contraria tollit.

Dat. die 13. Junii 1625. An. II.

Faci. series.

§. 2. Quamobrem nos, qui in Sede Beati Petri quamquam immeriti a Domino positi sumus, ne excessus hujusmodi, ac ecclesiasticae libertatis, & immunitatis tam enormis violatio dissimuletur, & transeat in exemplum, pro nostro pastoralis officii debito providere, & malorum graviorum fegetem, & radicem, quantum a Deo permittitur, nostra auctoritate apostolica evellere volentes; motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac merita deliberatione nostris, deque apostolica potestate plenitudine, omnia, & singula praemissa a praedictis dictorum Regnorum Judicibus secularibus, etiam supremis, quocumque nomine, titulo, & prerogativa, & gradu insignibus in causis praedictis, & earum occasione contra dictum Joannem Baptistam Collectorem, ejusque Auditorem, seu Delegatum, Officiales, Ministros, familiares, & bona quocumque praetextu, vel quaesito colore quomodolibet decreta, mandata, acta, facta, ordinata, & sive scriptis, sive verbis quomodolibet attentata, quae omnia, & singula praesentibus haberi volumus pro expressis, nulla, invalida, irrita, & inania, ac nulliter, invalide, inaniter, & de facto contra sacros Canones, Conciliorum Decreta, & Apostolicas Constitutiones attentata, & praescripta.

Clausula pro praesentium litterarum firmitate.

§. 3. Praesentibus Literas, & in eis contenta quaecumque de intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, rescindi, infringi, in Jus, vel controversiam vocari nullatenus posse, sed semper valida, firma, & efficacia fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, tenore praesentium decernimus, & declaramus.

Prohibitio sub poena excommunicationis, ne quid impostorum contra immunitatem ecclesiasticam attentetur.

§. Et nihilominus, ne impostorum similia praesumantur, omnibus, & singulis Judicibus secularibus, etiam supremis dictorum Regnorum, quocumque nomine nuncupentur, cujuscumque gradus, conditionis, & prerogativa existant, ne talia hujusmodi, aut similia adversus immunitatem, & libertatem ecclesiasticam, etiam quocumque praetextu contra Ecclesias, Praelatos, Judices, & personas, res, & bona, ac eorum jurisdictionem, & auctoritatem, ejusque liberum exercitium quomodolibet committere, aut attentare praesumant, sub excommunicationis majoris, a qua non nisi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo absolvi possint, aliisque ecclesiasti-

cis sententis, censuris, ac privationis quorumcumque Beneficiorum, pensionum, officiorum, & Dignitatum Ecclesiasticarum, ac militarum, & ordinum quorumcumque, perpetuaeque inhabilitatis, tam quoad ipsos delinquentes, seu contumaces, quam quoad eorum descendentes usque ad eorum quartam generationem ad illa impostorum quomodolibet obtinenda, necnon amissionis quorumcumque Jurium patronatus, privilegiorum, indulgentiarum, concessionum, & investiturarum, tam emphyteuticarum, quoad feudalia eisdem delinquentibus, & seu contumacibus, suisque, ut praefertur usque ad quartum gradum descendend. quocumque titulo apostolico, aut alio ecclesiastico quomodolibet nunc, & pro tempore competens, & acquirere. poenis ipso facto absque ulla declaratione incurren. interdicimus, & prohibemus.

§. 5. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Quorum omnium, & singulorum tenorem, etiam si de illis specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, seu quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis haberi volumus. Aut si praedictis, vel quibusvis aliis personis ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspensi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Obstantium derogatio.

Etiam danda stantim p. s.

§. 6. Volumus autem, quod praesentes literae, seu illarum exempla manu Notarii publici subscripta, & sigillo alicujus personae sui dignitate ecclesiastica constituta munita, & ad valvas Ecclesiae Ulixbonen. affixa ita omnes ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatae fuissent.

Dat. die 10. Junii 1625. An. II.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 20. Junii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXXXII.

Decreta S. Congregationis Concilii de celebratione Missarum, ac de prohibitione illas moderandi, seu reducendi absque Sedis Apostolicae licentia. Necnon de earumdem oneribus perpetuis suscipiendis; Et de Religiosorum numero ultra redditus, & consuetas elemosynas locorum Regularium non habendo.

Super his Decretis multa postea sunt orta Dubitationes, quibus eadem Sacra Congregatio respondit, & S. S. D. N. eas confirmavit, & approbavit, quas omnes moribus subijciam.

Cum saepe contingat, in quibusdam Ecclesiis tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis Defunctorum reli-

Causae eadem haec Decreta.